

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrvvm

Oecumenius

Venetiis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

Libri gestorum apostolorum capita.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

gredi uolebat, ut feruens eius erga Christū studii et adhesionem, quęq; eò spectabāt, manifestaret: uel quia occasio ei data non fuerit, qua deducere ad calcem institutū opus liceret: quippe cū multę a psequutoribus Christi quę tunc incipere, turbationes esse impedimento potuerint. Licet igitur liber is gesta apostolorū a principio polliceat, sicut iam diximus, uerius tñ spiritus sancti gesta in eo continentur. Quę n. admirabilia ab Apostolis facta fuerint simul ac sancto spiritu fuerunt afflati, ex hoc libro cognoscimus: quę planè spiritus ipse per eos efficiebat. Quin et predictionū Christi ex hoc libro euentus manifestat. Nā quod dicebat, & maiora his faciet, tunc impletū uidemus, cum umbra apostolorū, & sudaria a corpore ipsorum desumpta mirabiliter egrotantibus, ac uexatis a demonibus succurrerent. Ita ut non ab re esse uideretur, si euangelium Christi gesta, librum hunc spiritus sancti gesta appellaremus.

LIBRI GESTORVM APOSTOLORVM
capita.

DE preceptione Christi discipulis ne dererēt ab Israel: de ascensione eius in cœlum, & substitutione Matthię in locum

Iudę.

Cap. I.

De diuino spūs sancti in die Quinquagesimę in credentes descensu, ubi uarijs linguis loquuntur Apostoli, et Petrus admonitionē facit ex prophetis de passione, et resurrectione, &

- assumptione Christi & dono spūs sancti . &
 tria milia iudeorum baptizātur. Cap. 2.
- De claudi curatione, & Petri super ea re ad Is-
 raelitas monitione & exhortatione ad poenī
 tentiam. Cap. 3.
- De pōtificū inuidia ob miraculū id, et Petri &
 Ioānis cōprehensione. tū eorundē dimissio
 ne facta cōminatione ne amplius Christum
 p̄dicent. de oratione ab ecclesia eā ob rem fa-
 cta, et gratiarū actione ad Deū. Cap. 4.
- De Anania et Sapphira ob defraudationem pre-
 cij agri a Petro morte mulctatis . de Aposto-
 lis in carcerem coniectis, et ab Angelo nocte
 eductis ad p̄dicandum Iesum . ubi rursus eos
 captos in concilio pontificis Gamaliel exem-
 plis adductis dimittendos hortatur. et flagris
 cęsi dimittuntru. Cap. 5.
- De creatiōe septem Diaconorū, & Iudeorum
 in Stephanum calumniatione. Cap. 6.
- De Stephani cōtione in qua de testamento Dei
 ad Abrahā, et de duodecim patriarchis, de fa-
 me et emptione frumēti, et recognitione filio
 rū Iacob: de ortu Moyſis, et Dei apparitiōe
 ipsi facta in monte Sina: de exitu ex Aegy-
 pto: de fabricatione uituli enei, usq; ad Salo-
 monis tempora & templi edificatiōem . de
 lapidatione Stephani. Cap. 7.
- De persequutione ecclesie & sepultura Step-
 hani. de Philippi p̄dicatiōe et miraculis in Sa-
 maria: ubi multi crediderunt, iter quos erat
 etiam Simon magus. ad quos missi Apostoli
 p̄positis manibus spūm sanctum in ipsos dedu-

- xerunt. de Simonis increpatione: et Eunuchū
baptizazione a Philippo. Cap. 8.
- De diuina uocatione Pauli ad apostolatū, &
eius baptizate p̄ Ananiam. de fiducia Pau-
li in p̄dicando Iesu. de coniunctiōe eius-
dem cum Apostolis p̄ Barnabam. De Aenea
resoluto in Lydda sanato a Petro. de Tabita
mortua ab eodem suscitata. Cap. 9.
- De uisione Cornelij in Cēsarea, et uisiōe Petri
in Ioppe. De conuersione Cornelij et bap-
tizate, et descensu spūs in gentiles. Cap. 10.
- De disceptatiōe Petri cum Apostolis, quibus de
Cornelio omnia recenset. de Barnabę mis-
sione in Antiochiā. de p̄dictiōe famis ab
Agabo. Cap. 11.
- De Iacobi occisione, & Petri comprehensione
ab Herode, liberatione neq; eius e carcere et uin-
culis ab Angelo facta. de acerba & pernicio-
sa Herodis morte. Cap. 12.
- De Barnabę et Pauli missione in Cyprū et spū
sancto, ubi Paulus Elymā magū excēcar. de
cōuersione eorundē ad gētes cū iudēi admit-
tere p̄dicationem eorum nollent. Ca. 13.
- De persecutiōe Pauli & Barnabę in Iconio
ob p̄dicationem. de sanatiōe claudi in Ly-
stris à Paulo facta, obquam Lycaones Bar-
nabam & Paulum deos existimabant. de
Pauli lapidatione. Cap. 14.
- De decreto Apostolorū Hierosolymis facto, ac
missio p̄ epistolā ad eos qui ex gentibus credi-
derant, in quo quid obseruandum eis sit, sta-
tuunt. de dissensiōe Pauli & Barnabę ob

- Marcum. Cap. 15.
De Timothei circumcissione, & de profectiōe
Pauli cū eo ex reuelatione in Macedoniam.
 de Purpurarię Lydię mulieris conuersione.
 de eiectione spūs e puella Pythone habente,
 ab quā conclusi in carcerem Paulus et Syllas
 oratione facta e carcere orto terremotu li-
 berati sunt. & de custodis carceris conuer-
 sione. Cap. 16.
De seditione facta in Thessalonica ob p̄dicatio
nē. de fuga Pauli et Sylę in Berrhœā, et inde
Athenas. de oratione Pauli ad Areopagitas.
 & cōuersione Dionysii Areopagite. C. 17.
De Aquila & Priscilla, de Tito, & conuersione
archisynagogi Corinthi: de deductiōe Pauli
ad Gallionem p̄consulem. de discessiōe e Cō
rintho, & profectiōe in Ephesum. De Apollo
eloquente homine & fideli. Cap. 18.
De baptismo et spiritus sancti dono dato p̄ ora
tionem Pauli ijs qui Ephesi crediderant. de fi
lijs Sceuę Iudęi contra quos inualuit demon.
 de cōfessione credentiū. de seditione a Deme-
 trio aurifice cōcitata cōtra Apostolos. C. 19.
De Pauli peragratiōe in Gręciam, et Macedo
niam, & Troadem ubi Eutyclus à Paulo su
scitatur: in Assum, Mitylenem, Samum, Mi
letum quò aduocatos seniores Ephesi Paulus
 monitione confirmat. Cap. 20.
De nauigatione Pauli à Mileto in Cęfaream
 usq̄ Paletinę: ubi Agabus Paulo compre-
 hensionem in Hierusalem prophetat. de pro-
 fectione Pauli in Hierusalem, ubi a Iacobo

- admonetur ut purificetur. de tumultu concitato in Hierusalem a Iudæis, et comprehensione Pauli. Cap. 21.
- De oratione Pauli ad Iudæos, ubi de uocatione sui, & uisione agit, qua admonitus a Deo est ut Hierosolyma proficisceretur. ob quod cū cędendus esset, se ciuem esse Romanū dicens liberatus est. Cap. 22.
- De loquutione Pauli in concilio, de quadraginta uirorum coniuratione ut ipsum occiderent, & de indicatione eius ad Lyfiam. de transmissione Pauli ad Felicem præsidem in Cęsaream. Cap. 23.
- De accusatiōe Tertulli aduersus Paulū, et Pauli respōsione apud Felicē præsidē. Cap. 24.
- De successione Festi in prouinciam, ad iudiciū cuius Paulus adductus ad Cęsarē appellat: de deductione eius ad Agrippam. Cap. 25.
- De defensione Pauli qua apud Agrippam usus est, ubi de religione sua, & uocatione ad euāgelium agit. & nihil mali egisse ab Agrippa iudicatur. Cap. 26.
- De nauigatione Pauli Romā periculis plurimis et maximis plena ubi de spe salutis p̄ Angelū sibi significata simul nauigantes monet. de naufragio eiusdem. Cap. 27.
- De euasione in insulam Melitam, ubi morsus à uiperā Paulus nihil mali est passus, & patrem Publī morbo dysenterię laborātem sanat. deq; profectione eius Romam usq; & colloquutione, & prædicatione cum Iudæis ibidem habita. Cap. 28.